MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM

Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh.

Seite 204r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25879
Copyright: Admont, Benediktinerstift

morbi ibi solvuntur. si cum fide poscuntur. Hec autem
omnia operatur per sancti meritis sui intercessiones Ihesus Christus filius
dei. qui vivit et regnat cum deo patre et spiritu sancto in secula seculorum. Amen.
Operae precium est si adhuc unum addo miraculum. quod
de sanctis eius reliquiis temporibus venerabilis abbatis me-
gilonis contigit. Amicicia iungebatur episcopo de Fran
cia nomine Aran. et ipse predictus abbas. Cumque cogno
visset innumerabilia fieri. cepit postulare ab eo.
ut de sanctis eius reliquiis sibi adquireret. ut pretextu amo
ris eius sive ad bellum sive quocumque iret secum portare haberet.
Cumque inter familiaritatis dulcia colloquia que sepius
contigit inter se habere. cepit de miraculis sancti meritis re
quirere. Qui votis satis facere querens cum ad ceno
bium redisset. cepit querere sicubi posset invenire.
Verum dictum est illi quod ad cellam ulmina posset in
venire. quia in nullo loco quam corpus eius integrum non supius dixi
remansisset. Qui peticionibus eius cupiens satisfacere
cum pervenisset ad cellam. deputatis secum senioribus
fratribus. quibus a maioribus traditum fuerat ibi inveniri pos
se. Cumque in secretiori loco iuxta tumba sancti Arsacii
consedisset. syndonem in sinum expandisset. capsam ap
periens. sanctas reliquias excutiens. breviculas cepit legere.
Cumque nomen eius cum reliquiis inter manus venisset
nichil amplius aspiciens tam ipse quam omnes qui cum eo fue
rant cecitate sunt perculsi et quasi amentes effecti. pa
vimento sunt prostrati. Hoc solum in ipso remansit in
genium sicut ipse nobis dixit. ut recolligeret reliquias.
capsam reclusit. super altare posuit. atque in cru
cis modum se prostravit. fusis per cum lacrimis ad dominum Ihesum
Christum et ad sanctis eius flagitantes auxilium. atque inter longa
suspiria vires receperunt pariter et visum. Res
mira. et valde nostris temporibus stupenda. Quid nos
ultum dicere possumus? Et si cum oculis carneis
videre dignum non sumus. sequamur illum toto cordis ac
mentis affectu. ut eum in regione vivencium vide-
re mereamur. ut quo ille intravit. cum gloria. cum fide rec
ta spe firma karitate perfecta sequi mereamur. Hec
ergo pauca de pluribus que dicta habemus. obtrectaturi
caritati sancti meritis QVIRIGI sicut a maioribus accepimus
scripsimus. cuius patrocinio nos salvari confidimus. Prestante
domino nostro Ihesu Christo qui vivit et regnat deus per omnia secula seculorum. Amen. Actum in
carnationis domini anno nongentesimo xxi.

Aviti confessoris.

Igitur Avitus infra Aurelianorum menia
plebeio sanguine creatus est. exiguis paren
tibus. Viridonensis namque oppidi genitrix ori
unda refulsit. Ingenuitatis tamen genus et me
ritum vindicabat. Illa ad predictam urbem con
dicio egestatis et inopie convenerat. illic
civi dam Belsicole viro adnectitur puella coniu
gio. Huic autem soboles digna conceditur. Sal

maxima populis condonatur. Natum illum nocturno tempore
cum magno splendore veridica relatione conpertum est.
ita ut obstetricum subito dilapsum hospicio lumen
celeste texit famulatum. et tanti miraculi stupore
perculse pavescerent intuendum. Iam tunc sibi dominus famu
lum precipuum in ipso ortu significavit esse futurum. Cumque
etatis infantie rudimenta transisset. ad Miciacen
sis monasterii congregatione devotus illico convolavit.
depositaque coma monachi professione suscepit. At vero
abbatis imperio vel omnibus pura simplicitas obediret.
invidia concussi fatuum vocantes illum. ut bruto se
pius monachi detrahebant. Id tamen ei mos erat. ut
potestatem ciborum suorum furtim egentibus consignaret.
eosdemque extra sepius et veste contegeret. Sed ut in eo
abbas celeste lumen inspexit. eum diligere cepit. Cel
lulam sibi intra vestibulum monasterii eminus semotam con
struxerat. ne ieiuniorum aut vigiliarum assiduitas
fratribus iactantie traderet. Sed cum invisibilem hominem dei
omnis manifestis indiciis esse conspiciunt. invito
cellarium tradiderunt. Sed nec ille poterat dene
gare. quod abbas regulariter decreverat ordinare. Illa
vero sarcina suscepta cenobii. ab inmita familia
sensibus insidiis honesta simplicitas frangebatur. Ac
cidit die quadam ut ipse famulans singulariter
semper ut consueverat abbatem thoro deponeret et
accipiens cingulum clavesque colligans capita cau
ta manu supponit. onereque relicto se in Secalau
nie locis abditissimis collocavit. Ubi vilibus contextam
virgultis sibi cellulam contexerat. qui locus decem aut amplius
fere a monasterio milibus aberat. ibique se multis
diebus dei famulus occultavit. Cumque abbas ad canen
dos matutinos ex more surgeret. cingulo de lap
sa resonant instrumenta cellarii. Ille obstupefac
tus effugium eum fecisse non dubitat. Avitum inquirit.
et ad cellulam ipsius citius occurrens omnemque cenobium vel
cellule septa nemorosa cespite perlustrans. nulla
tenus potuit reperire. quem fugam nox valuit occultare.
Nec multum post vir sanctissimus Maximinus qui tunc temporis ab
batie fungebatur officio sibi debito. migravit ad ce
los. Scemque cadaver condituri monachi tumulantes.
ad querendum beatum Avitum pergit omnis turba.
ipsumque repertum soboles pertrahunt. et tandem ad
monasterium precibus futurum revocant genitorem.
et sibi abbatem pontifice iubente constituunt. Ingrata
subiacere humilitas sublimata gemiscat. et causas
contubernii conpescendas. vix bonitas insueta consuescit.
hic terrena et sublimia vitans. sublatus nocte uno
tamen comite contentus. vastas vertices solitudinis la
tenter expetiit. Erat namque heremi locus nemoro
sa fronde contectus. satis aptissimus. silva picea cum fun
do quod olim manu prisca construxerat. hederisque conplexa